Hieronymus, Sophronius Eusebius: Epistolae
Basel: Nicolaus Kesler, 1497 Seite 60



& supiora nonnulla sunt: & ista quæ subijcimus: Amor formæ rationis obliuio est: & insaniæ
pximus: fœdũ minimeq̃ conueniens aīo sospiti vitiũ: turbat consilia: altos & generosos spiri-
tus frangit: a magnis cogitatiōibus ad humilimas detrahit: querulos: iracundos: temerarios: du-
re imperiosos: seruiliter blandos: omnibus inutiles ipsi nouissime amori facit. Nã cũ fruendi cu
piditate insatiabilis flagrat: plura tempora suspitionibus: lachrymis: conq̃stionibus pdit: odiũ
sui facit: & ipse nouissime odium est. Tota amoris insectatio apud Platonẽ posita est: & omnia
eius incōmoda Lysias explicat: φ nō iudicio: sed furore ducat̃: & maxime vxorũ pulchritudini
grauissimus custos accubet. Refert præterea Seneca cognouisse se quendã ornatũ hominẽ: qui
exiturus in publicũ fascia vxoris pectus colligabat: & ne puncto quidẽ horæ præsentia eius ca-
rere poterat: potionẽq̃ nullã sibi: nisi alternis tactu labris vir & vxor hauriebant: alia deinceps
non minus inepta facientes: in quæ improuida vis ardẽtis affectus erũpebat. Origo quidẽ amo
ris honesta erat: sed magnitudo deformis: nihil autẽ interest q̃ ex honesta causa qs insaniat. Vn-
de & Sextus in sententijs: Adulter est inquit in suam vxorem amator ardentior. In aliena quip-
pe vxore omnis amor turpis est: in sua nimius. Sapiens vir iudicio debet amare coniugẽ: non
affectu. Reget impetus voluptatis: nec præceps feret̃ in coitũ: nihil est fœdius q̃ vxorẽ amare
quasi adulterã. Certe qui dicũt se causa reipublicæ: & generis humani vxoribus iungi: & libe-
ros tollere: imitent̃ saltẽ pecudes: & postq̃ vxorũ venter intumuerit: non pdant filios: nec ama-
tores vxoribus se exhibeant, sed maritos. Quorũdã mr̃imonia adulterijs cohæserũt: & o rem
improbã ijdẽ illi pudicitiã præceperũt: qui abstulerant. Itaq̃ cito eiusmodi nuptias satietas sol
uit. Cum primũ lenociniũ libidinis abscessit: timor quod licebat euiluit. Nam quid ait Seneca:
de viris paupibus dicam: Quoꝝ in nomẽ mariti ad eludendas leges quæ contra cœlibes latæ
sunt: pars magna cōducit̃: Quomodo potest regere mores & præcipere castitatẽ & mariti au
ctoritatẽ tenere qui nupsit: Doctissimi viri vox est pudicitiã in primis esse retinendã: qua amis
sa omnis virtus ruit: In hac muliebriũ virtutũ principatus est. Hæc pauperẽ cōmendat: diuitẽ
extollit: deformẽ redimit: exornat pulchrã: bene meret̃ de maioribus: quoꝝ sanguinẽ furtiua
sobole non vitiat: bene de liberis: qbus nec de matre erubescendũ: nec de patre dubitãdũ est. Be
ne in primis de se: quam a contumelia externi corporis vindicat. Captiuitatis nulla maior cala-
mitas est: q̃ ad alienã libidinẽ trahi: viros consulatus illustrat: eloquẽtia in nomẽ æternũ effert
militaris gloria: triũphusq̃ nouæ gentis consecret. Multa sunt quæ præclara ingenia nobilitẽt
Mulieris virtus pprie pudicitia est. Hæc Lucretiã Bruto æquauit: nescias an etiã protulerit: qm̃
Brutus non posse seruire a fœmina didicit. Hæc æquauit corneliã Gracco. Hæc Portiam alteri
Bruto: notior est marito suo Tanaquil. Illum inter multa regũ nomina iam abscondit antiqtas
Hanc raro inter fœminas virtus altius sæculoꝝ omniũ memoriæ: q̃ vt excidere posset infixit.
Imitent̃ ergo nuptæ Theanũ: Cleobulinã: Gorguntẽ: Timocliã: Claudias atq̃ Cornelias: & cũ
apostolũ malis mulieribus digamiã viderint ignoscentẽ: legãt anteq̃ religio nostra fulgeret in
mundo: vnicubas semp habuisse inter matronas decus: p illas fortunæ muliebri sacra fieri soli-
tũ: nullum sacerdotem digamum: nullum flaminẽ bimaritum. Hierophantas quoq̃ Athenien-
sium vsq̃ hodie cicutæ sorbitione castrari: & postq̃ in pontificatum fuerint electi: viros esse
desinere.

## BEATI HIERONYMI CONTRA IOVINIANVM SECVNDVS LIBER INCIPIT
### CAPI. XXXI. EPISTOLA VI.

SECVNDA PROPOSITIO EST: eos q̃ fuerint baptiçati: a diabolo non pos F
se tẽtari. Et ne hoc stulte dicere videret̃ adiecit: Quicũq̃ aũt tentati fuerint: ostẽ
dit eos aqua tantũ: & non spũ baptiçatos: qđ in Simōe mago legimus: Vnde &
1.Io.3. Iohannes dicit: Omnis qui natus est ex deo: peccatũ nō facit: quoniã semẽ ipsi-
us manet in eo: & non potest peccare: qa ex deo natus est. Et in hoc manifesti fi-
unt filij dei & filij diaboli. Et in fine ep̃læ: Oĩs q̃ natus est ex deo: nō peccat: sed
generatio dei conseruat eũ: & malignus non tangit eũ. Reuera fortis obiectio: & quæ indissolu
bilis pmaneret: nisi ipsius Iohannis testimonio solueret̃. Statim em̃ ĩtulit: Filioli custodite vos a
simulacris. Si oĩs q̃ natus est ex deo nō peccat: & a diabolo tẽtari nō pōt: quō præcipit vt caueãt
ne tẽtent̃: Et in eadẽ rursus ep̃la: Si dixerimus qa peccatũ nō habemus: ipsi nos seducimus: &
veritas in nobis nō est. Si cōfiteamur peccata nr̃a: fidelis est & iustus: vt remittat nobis peccata:
& mũdet nos ab oĩ iniqtate. Si dixerimus qa nō peccauimus: mendacẽ facimus eũ: & ṽbũ eius
nō est in nobis. Aestimo φ Iohãnes baptiçatus ad baptiçatos scripserit: & φ oĩe peccatũ a dia
bolo sit: Ille pctōrẽ se cōfitet̃: & sperat remissionẽ post baptisma pctōꝝ: & Iouinianus meus di-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-604/0060
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt